



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De manu scriptoris in Arnisburg, cap. 47.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

736 DE POEN. ET GLOR. MOR.
vnū exemplum, recentiori tempore gestum, de hoc
tibi referam.

CAPUT XLVI.

IN ciuitate Bonnensi quādam inclusa erat habi-
tans, religiosa satis atque deuota: hæc cū nocte
quadam rimulis cellæ suæ splendorem immitti
cerneret, & diem esse putaret, territa propter horas
nondum dictas, surrexit, fenestram versus cœmiteriū
aperuit: & ecce iuxta caput sepulchri cuiusda schol-
aris, receter illie sepulti, miri decoris feminam stare
conspexit; gloria corporis eius eandem lucem creaue-
rat, stabat & columba niuea super tumulum, quam illa
rapiens, misit in sinum suum. Inclusa verò, licet iam
intelligeret quæ esset, tamen cum reuerētia quānam
foret requisivit. Cui illa: Ego sum mater Christi, &
animam scholarii huius, qui verè martyr est, tollere
veni. Reuera scholares, si innocentier viuunt, & liben-
ter discunt, martyres sunt; quod si postea artes doctas
in charitate, maximè in Dei seruitio, exercuerint, ma-
gnam ex hoc mercedem consequentur, de hoc audias
exemplum.

CAPUT XLVII.

IN Arnisberg monasterio ordinis Præmonstraten-
sis, sicut audiui a quodam sacerdote eiusdem con-
gregationis, scriptor quidam erat Richardus no-
mine, Anglicus natione; Hic plurimos libros in eodem
cœnobio manu propria cōscriperat, mercedem
sui laboris præstolans in cœlis. Hic cū fuisset defun-
ctus, & in loco notabili sepultus, post viginti annos,
tumba eius aperta, manus eius dextra tam integra &
& tam viuida est reperta, ac si receter de corpore ani-
mato fuisset præcisa, reliqua caro in puluerem reda-
cta fuit. In testimonium tanti miraculi, manus eadē,
usque hodie in monasterio reseruatur. Bene erat ma-
nus huius scriptoris pennata, id est, opus eius chari-
tate informatum. A P O L L O N I V S: Satis Deus ostendit
in instrumento, quanta fuerit merces laboris in
cœlo. CAESARIUS: audi aliud.

CAPUT

